

Misericordiam à quibus doceamur.

Corvis præcipi, ut pascant se. 3. Reg. 17. 4. &c. alii (Deus Eliam) corporum copia, ut quasi immundi animalis escam abominatam famis solvat sententiam: Vide mihi divinam sapientiam! Traducitur apud Sacros Scriptores corvus, ut animal pullorum odio laborans: nam cum foetum excluderint, repudiant, neglecta nutriendi cura. Sed quæ creaturam omnem pervadit, divina Providentia pullis ipsis corvorum, occulta quadam ratione, è minutis quibusdam animalibus escam parat. Mandabo, inquit, corvis, ut pascant te: qui proles produunt, hi tibi cibum metant. Neigitur durior fueris corvis pullorum oribus; nec istud illorum erga pullos odium tu erga Judæos imiteris. Sancti. Bassilius Seleuc. or. in S. Eliam. S. Chryostom. tom. 6. or. in Eliam, ait: cum à corvo sustentatum, à vidua, ab Angelo: ut exemplis misericordiae Dei pernotus peteret pluviam, & fertilitatem; quam licet Deus sine precibus ejus dare potuisset, noluisse tamen ad eum honorandum.

Quod toties in montem Oliveti Dominus ascendit; nos misericordiam diligere docebat, olivæ enim Græcè, Latine misericordia dicitur. Matth. 21. f. 24. 3. 26. 30. Luc. 19. 29. 21. 37. Vince sævam complexionem, depone ferinum morem; nam Deus clemens creavit te, natura pia nutrit te, plana terra sustentat te. Dulci sanguine vivis, amica membrorum compagine subsistis & humorum tuorum pacis foedere fortioris. Reverta totus ordo naturæ ad pietatem te trahit. S. Cyrill. Apoll. 1. c. 22.

Alexander V. P. adeò liberalis erat in pauperes; ut cum honoribus ejus benignitas creverit; ideoque dicere auditis sit: cum Episcopus essem, dixes eram: cum Cardinalis; factus sum pauper: cum Pontifex; mendicus. Masen. l. 2. Argut. de Pegco.

S. XIX.

Varia alia motiva.

De comedente exivit tibus, & de forti egressa dulcedo. Judic. 14. 14. Græcus: & de tristi. Tamen de forti hoc intelligitur: quia leo fortis est feritate; & qui ferus, tristis. Et de vobis, qui pecuniâ devorastis, & avaritiam, exeat misericordia: hæc est enim esca egenorum. Et de tristi exeat dulce; ut dimittatis ei, quia non habet, unde solvat. S. Ambros. l. de Tob. c. 15.

Non occidit quicumque in die hæc. 1. Reg. 11. 13. q. d. ait Carthus. sicut misericordiam consecuti sumus à Domino; sic misericordiam debemus facere proximis nostris.

Ece homo manum habens avidam. Matth. 12. 10. Multi & nunc aridas manus habent; hoc est, inmisericordes sunt, & non communicant. Sed quando sermone Evangelico docentur; extendunt eas, & communicant. Theophylactus hic.

Canes ante mensam impassos esse non patimur; & homines extrudimus? S. Ambros. offic. l. 3. c. 7.

Pro uno mandato divino, quod nos hortatur ad rigorem justitiæ; sunt innumerabilia, tam in veteri, quam Novo Testamento; quæ ad misericordiam nos incitant. B. Humbertus l. 75.

S. XX.

Misericordia magis egeni prius succurrit.

Misericordia tua Domine plena est terra. Psalm. 118. 64. Fortasse dicas: quia ratione dictum non est, misericordia Domini plenum est cœlum? Licet auxilio Domini fulciatur etiam cœlites, tamen non tanta ejus indigent misericordia, quanta ea, quæ sunt inferiora, ac terrena: non enim illa carnis involucre vestiuntur, in qua est frequentis erroris illicebra. S. Ambros. Octon. 8. hic.

Hunc cum vidisset Jesus jacentem. Joan. 5. 6. specialiter hunc unum assatur, & curat; quia miserabilior fuit. Dion. Carthus.

Miscellaneous.

Languinis. Psalm. 102. 8. Cassiodorus legit: patiens, & multum misericors: nullus enim misericors, nisi qui & patiens. Id. hic.

Non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Of. 41. Et, idest, quia q. d. defectus scientiæ Dei, quasi luminis præfici, est causa, cur deniciat misericordia. Cornelius hic.

Et extendit Jesus manum, tetigit enim. Matth. 8. 3. Factum est hoc, ut ajunt. Ambros. in Lt. c. Glossa Interl. Remigius, ad benignitatem Christi offendendam; quæ nos docet; nullum proximum redio, vel fastidio, nobis esse debere, licet miserimum. Sylveira hic.

Ut venientes ungerent Jesum. Marc. 16. 1. Non ad ungen-

dam tantum aliquam corporis partem; pedes, aut caput; sed ut venientes ungerent Jesum, quod est totius corporis completio. Tu quoque, si te indus viscera misericordiae, liberalem, benignumque te exhibeas ad omnes. Sancti. Bernardus f. 12. in Cant.

Nulli parvus est census, qui magnus est animus; nec de rei familiaris modo mensura misericordiae pendet, ac pietatis. S. Leo f. 2. de Quad.

Tria sunt, quæ in misericordiae opere optanda sunt Christiano: ut possit facere, ut velit, ut compleat. S. Chryost. hom. de misericordia, & duab. mulier. vid.

Invidia in alienis bonis est tristitia: misericordia autem tristitia in alienis malis. S. Gregor. Vll. l. 4. c. 12.

TITULUS XIX.

MISERICORDIA DEI.

S. I.

Figuræ, & Symbola.

Per dexteram.

Læva ejus sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Cant. 2. 6. Læva sponsi justitia est: quæ per timorem sulcit Ecclesiam, ne corruat in peccatum: dextra sponsi est misericordia: quæ per spem amplexatur, & consolatur Ecclesiam, ne desperet. Sperantem in Domino misericordiam circumdabit. Hugo Card. hic.

Apparuit autem illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi. Luc. 1. 11. quia divine insignie misericordia deferebat. S. Ambros. Dominus enim à dextris est mihi, ne commovear. Pl. 15. 8.

Et habitabat in dextera sua stellæ septem. Apoc. 1. 16. Cur Joannes, cum describit singillatim omnia in Christo, solius sinistræ mentionem non facit. Capillos, vestem, faciem, vocem, pedes, dexteram. Dextera significat misericordiam; & cœlestis regni redditionem, sinistra justitiam, & poenam. Hinc in Judicio Electi ad dexteram stabunt, reprobi ad sinistram. Ideo hic Christus D. dexteram stellis fulgentem ostendit, sinistram occultat; quia maxime glorietur de misericordia; & hæc omnium oculis declarat; rigorem autem justitiæ abscondit. Sylveira hic.

Pascit dexteram suam. Apoc. 1. 17. Hanc Deus suam vocat, non sinistram. Matth. 25. 33. Strinet oves quidem à dextris suis, hædas autem à sinistris. S. Bernardus f. 2. de Ascens. sedet ad dexteram, habens in dextera misericordiam multam nimis: in dextera aquam, in sinistra ignem immobiliter tenens. Christus ex se misericors, & beneficus; ex nobis autem provenit, quod puniat, & damnet. Id. hic.

Alia Symbola ex Veteri.

Fluvius egrediebatur qui inde dividitur in quatuor capita. Genes. 2. 10. Sic infinitum divine misericordiae flumen in quatuor distribuitur flumina, quæ orbem irrigant. Primum est creatio, secundum gubernationis, tertium redemptionis, quartum glorificationis. Barradius t. 2. l. 10. c. 17. D. 6. Pent.

Arca fuit Ecclesia, Noe Christus, columba Spiritus S. olez solum divina benignitas. S. Chryost. tom. 6. tract. in terramotum.

Tunicæ talariis. Ex 28. 2. 4. (Sacerdotis Aaron) viscera sunt misericordiae Dei nostri. S. Prosper p. 2. c. 3.

Speciosa misericordia in tempore tribulationis, quasi nubes pluvia in tempore siccitatis. Eccl. 35. 26. Educens nubes ab extrema terra. Pl. 134. 7. quia nostras videre miserias, misericordiam suam excitat. Octavianus hic.

Ex Novo, & Patribus, & aliis.

Qui solem suum oriri facit. Mat. 5. 45. Sol est misericordia Dei, qui radios super universos effundit: nam ipse omnium pro suo modo miseretur. Simon Cass. l. 1. c. 26.

Insundens oleum. Luc. 10. 34. Habes oleum divinæ misericordiae, in quo foveas vulnera peccatorum: habes oleum gratiæ, in quo mitigas morbos vitiorum; habes oleum gloriæ, in quo lenis fatigationes certaminum. Richardus à S. Vict. tr. 3. de statu Inter. hom. c. 8.

Jesus autem perrexit in montem Oliveti. Joan. 8. 1. Mons Oliveti sublimitatem Dominicæ pietatis, & misericordiae, designat. Pergit Jesus in montem Oliveti; ut arcem misericordiae in se constare denuntiet. V. Beda hic.

Præcinctum ad mammillas zona aurea. Apoc. 1. 13. Zona aurea comprimendus non circa lumbos; ut ceteri mortalium, ad comprimendas carnis illicebas fed ad pectus &c. circa mammillas; ut hinc offendatur, opus nobis esse clementiam, quæ justam Dei iram, quæ tolerari alioqui non posset, contineat. S. Andreas Casar. hic.

Iræ uras in circumcinctis, similibus visioni Smaragdina. Apoc. 4. 3. Fortan per Smaragdum optime exponitur misericordia Dei. Pinna Eih. 34.

Sicut

Sicut videns venientem accipitrem mater expandit alas suas ut pulli subeant, & habeant tutum refugium; sic nobis parata, & quodammodo dilataro sinu, extensa est summa illa, & ineffabilis pietas Domini nostri. S. Bernardus f. 4. in Pl. qui habitat.

Duas alas habet Deus, misericordiam, & charitatem: per misericordiam peccatores Deo protegit; per charitatem justos. Hugo à S. Vict. in Pl. 16.

Misericordia manus Christi est, habens quinque digitos: longam expectationem, benignam conversionem, altam promotionem, spirituale affectionem, cœlestem fruitionem: hæc peccatores, hæc Magdalenam erexit. S. Vincent. Ferr.

Sicut per hyemem rigor, & tempestas divinæ justitiæ; ita per æstatem serenitas misericordiae significatur; dies ergo æstatis sunt beneficia divinæ pietatis. S. Bonavent. f. 3. in Epith. D.

Aquarii uræ. Lem. Nunquam desicient. Arnoldus tr. de 7. verb. Non ardeat numero, non claudat sine. Nullas omnino metas habet divina clementia. Sit, qui invocet; erit, qui exaudiat: sit, qui, poeniteat; non deerit, qui indulgeat. Picinelli.

S. II.

Dei est, misericordiae recordari.

Et recordatus est Deus Nos. Gen. 8. 1. Quid est, recordatus est? miseretur est, dicere vult; justi in arca agentis. S. Chryost. hic hom. 26.

Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudivit eam. Genes. 30. 22. Quomodo recordatus est Rachelis, cum nullus rei, licet exigue, oblivisci possit? Abulens. dicitur humano more: homines enim quando animos in miseris adjuvant, eorum recordari dicuntur, Deus autem, qui aliquando nos deserere videtur, licet non deserat; quando rursus nos adjuvat, nostri recordari dicitur. Recordatus igitur Rachelis est Deus, non qui unquam illius oblivisci: sed quia modò miseretur. Alvarez illustr. 1. hic. Chaldeus: & venit memoria Rachelis in conspectu Domini, & suscepit orationem ejus.

Domine exercituum! si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris; nec oblitus ancillæ tuæ. 1. Reg. 1. 11.

Hic dicit Dominus: recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam. Jer. 2. 2.

S. III.

Misericordiae Dei est, videre, prospicere; est facies Christi.

Am lacus moriar, quia vidi faciem tuam. Gen. 46. 30. Facies Christi est ejus misericordia; de qua Ex. 33. 13. Si averti gratiam in conspectu tuo; ostende mihi faciem tuam. Hugo Card. in Gen. hic.

Dominus de celo prospexit. Pl. 13. 2. Prospicit; suam in nos benignitatem ostendens. S. Chryost. hic.

Aspexit, & dissolvit genas. Habac. 3. 6. Aspexit, hoc est, miseretur est; & fecit poenitentes. S. August. de Civ. l. 8. c. 32.

Ostende faciem tuam, & salvus erimus. Pl. 79. 4. Aspectus Dei salus nostra est; atque in ejus vultu nostrum est adiutorium. S. Ambrosius.

Vidit hominem. Matth. 9. 9. Respexit Jesus Mattheum oculo corporali; sed multo profundius oculo pietatis interno, seu compassionis affectu; sicut respexit Petrum post triam negationem. Dionys. Carth. hic.

S. IV.

Misericordia Dei propria.

Ex Veteri.

Hi sunt dii tui Israel. Ex. 32. 4. Vitulum populus fabricavit; sed non desistit Deus à benignitate: negaverunt Deum homines, sed Deus seipsum non negavit. Isti, inquit, sunt dii tui Israel, & tamen pro amore suo Deus servat eos. S. Cyrill. Jerol. Catech. 2.

Hi sunt dii, qui perasserunt Ægyptum omni plaga in deserto; confortamini, & estote viri Philistinim. 1. Reg. 4. 8. Timueruntque valde Philistinim dicentes: venit Deus in castra. ib. v. 7. Philistinorum Duces, ut milites timore prostratos in pugnam accendant, ajunt, hi sunt dii. Lyran. isti, ut excludant timorem ab aliis, hoc dicebant. Nè timeat ut Deum; tacent misericordem, percussorem vulgare; nec inepte: nam Deus non est, ni misericors. Naxera in Jos. 7. 5.

Vidit Dominus Deus Israel si erit annis his nos. 3. Reg. 7. 1. Bene committitur Eliz pluvie dispensatio: non enim divina Bonitas posse videre tantam hominum indigentiam, quia

mox subveniret eis. S. Bassilius Seleuc. or. 11. O lingua, quæ cœlum framas! o Domini in homines charitas! servo committit, res conditas gubernet. Revertis siquidem est ardorem pietatis suæ, & Eliz creatura habenas permittit. Bæza t. 2. l. 11. c. 2. §. 2.

Elas quidem in turbine tellus est. Eccl. 48. Cur? nè peccatores; videat quos sustinere non potest. S. Bassilius Seleuc. or. 11. de Elia, cum raperetur, ait in persona Dei: tibi, peccantes cernere; grave spectaculum; mihi verò, qui sum Dominus, lex de humanitate præscripta; est meipsum debitorem clementia constitui. Tu ergo fuit diversorium à peccato liberum, carne vestitus cum Angelis conversare: ego verò per incarnationem ad homines veniam; ego in eorum salutem curram. Bæza t. 2. l. 9. c. 3. §. 4.

Ut facies opus suum If. 28. 21. Opus proprium Dei est, misereri, & parcere, condonare, non fuisse, sed alienum est, irasci, punire. S. Hieron.

Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum? If. 49. 15. quasi misericordia matris in filios non tam fit opus liberæ voluntatis, quam opus naturæ. Et nihilominus vincit misericordia Deus cunctas matres. Bæza t. 2. lib. 11. §. 2.

Revertere avertitrix Israel, quia sanctus ego sum. Jer. 3. 12. Hebr. & Septuag. quia misericors ego sum.

Ex Novo, & Patribus.

Neminem voluit scire, & non potuit latere. Marc. 7. 24. Hugo Card. hic non potuit latere de misericordia. Sicut dicitur de homine largo; quod non potest concedere solus. Sylveira in Matth. 15. l. 6. c. 2. t. 4.

Non misit Deus Filium suum. Joan. 3. 17. Pius, benignus, & misericors Deus est, qui vult homines salvos fieri: sed peccatores increduli cum ad judicandum trahunt. Iniquitas tribunal judiciale constituit; salvare vellet, non judicare. Simon. Cass. l. 11. c. 6.

Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. 2. Cor. 1. 3. Alibi sæpe vocatur Deus, dominator terra: vel Dominus celi, & terra ubi verò de misericordia ejus agitur; non Dominus, sed Pater dicitur misericordiarum. Quasi non possit dominari pro prohibitu suæ misericordiae; eamque continere; sed sic opus naturæ. Bæza t. 2. l. 11. c. 2. §. 2.

Non Pater ultionum dicitur, sed misericordiarum; non modo, quod pater videatur misereri potius, quam indignari; sed quod miserendi causam sumat ex proprio, ulciscendi magis ex nostro. S. Bernardus f. 1. de Nat. Apud Velloso in Judith. 7. Parzn. 34.

Deus omnipotens, & clemens; cuius natura bonitas, ejus voluntas potentia, cuius opus misericordia. S. Leo f. 2. in Iolemnit. Nat. D.

Religiosus carnis fringit gladium. Patris erat, quod levavit; Dei fuit, quod pepercit. S. Zeno Veron. sect. 3. agit de Abraham immolante filium. Deus cui proprium est misereri semper, & parcere, canit Ecclesia.

S. V.

Misericordia Dei immensa, incomprehensibili.

Ex Veteri.

Oculatus est Joseph omnes fratres suos. Gen. 45. 15. Joseph autem venditores suos osculatur flendo, quando Christus suis peccatoribus reconciliatur plurimum miserando. S. Bonavent. f. 4. D. 5. Pent.

Congrega jumenta tua. Eccl. 9. 19. Ecce clementiam Dei, qui, etiam irascens, iram clementia diluit, penamque mitigat. Cornelius hic.

Sit inter vos, & arcam, spatium cubitorum avarum millium. Jos. 3. 4. At Novi Testamenti arca Christus omnes accedit, omnibus se sociat. Bessius D. 3. Pent.

Viram appendere peccata mea, quibus iram merui. Job 6. 2. Quantumcumque magnum peccatum sit, major est misericordia Dei. Quod si vis scire, pone peccata in statera crucis. Hugo Card. in Gen. 4.

Miserere mei Deus secundam magnam misericordiam tuam. Psal. 50. 1. Dei misericordia tanta est; ut nulla oratione explicari possit, nulla cogitatione comprehendi, mentemque omnem excedat, ac rationem superet. S. Chryost. hic. Magnam quæro misericordiam; quia non decet tuam magnificentiam parva dare: imò exaudiri dignus non essem, si magna parva peterem. Ego enim te illum alterum Magnum Alexandrum existimo, qui non attendis, quid me oporteat accipere, sed quid deceat te dare. Urbanus IV. P. in Pl. 50.

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Psalm. 147. 28. Non desperet nix, non desperet nebula, non desperet crystallum. De nive, tamquam de lana, conficiet & tunica. Nebula illa in poenitentia salutem invenit; quia, quos prædestinavit, illos & vocavit. Sed licet sint inter prædestinatos durissimi, & multo quasi tempore congelaverint, & crystalli facti sint; non erunt duri misericordiae Dei.

& pullum rursum in nidum recipit, ut rursus advolet, incitans. Id. ib.

Deus meus, cornu salutis mea, & susceptor meus! ego infelix! ego te irritavi, ego malum coram te feci, furor tuum provocavi, iram promerui, Peccavi! & passus es, desiqui, & adhuc sustines. Si poenitent, parcis; si revertor, tu scipis; dum differo, praestolaris. Revocas errantem, invitans repugnantem, expectas torpentem, amplexaris redeuntem. Doces ignorantem, moerentem mulces, a ruina salutis, post lapsum reparas: petenti largiris, quarenti invenis, & pulsanti aperis. S. Aug. l. Medit. c. 2.

Non sicut ipsi deseruerunt te Creatorem suum, ita & tu deservisti creaturam tuam: ipsi convertantur, & quarent te; & ecce ibi es in corde eorum. S. Aug. l. 5. conf. c. 2.

Dic solum: offendi! dic ex animo, & pura mente: & soluta sum omnia. Non adeo cupis dimitti peccata tua, sicut ille cupit, peccata tua dimitti. S. Chrysol. hom. 36. in Acta.

Benignus est Deus: & quemadmodum parturiens cupit eniti foetum; ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Id. or. de B. Philogonio.

Convertite, Domine Or. Pl. 6. 5. ponit assidue illud Domine, veluti quandam rationem adducens gratiae condonationis. Est enim haec nostra spes maxima, ejus ineffabilis clementia, & benignitas: & quod suapte natura sit propensus ad condonandum. Id. hic.

Suavis Dominus, & mitis, petentem habet janam pietatis: nec recusat inde pulsantes, sed accusat potius negligentes. Neque enim aliquid petitur, quod non habeat; ut, cum non dederit, erubescat. Sancti Fulgentius sem. omni tempore dicendo.

Primum peccator pertingat ad janam, tu ei aperis; antequam tibi procedas, manum ei praebes; antequam lacrymas profundat, mas super illum miserationes effundi; charitas tua, nostrae salutis cupidissima, se ipsa ad nos inclinat. Sancti Ephrem de anime afflicta. Apud Lid. Nyss. Dom. 10. Pent.

Quis non suspexit charitatem Dei speret, & revocantis. S. Bern. l. 82. in Cant.

Non ardeat numero, non claudatur in fine, nullas omnino habet metas, divina clementia. Sit, qui invocet; erit, qui exaudiet. Sit, qui pernitent; non deerit, qui indulget. Non huic poenitentium multorum annorum jejunia imponuntur; non nudi pedibus, vel sacco afficitur; simul & confitetur, & iustificatur, & glorificatur. Arnoldus Carn. super illud Joan. 19. amen dico tibi &c.

Antequam puniat Deus, & exerceat sua dura flagella, quatuor misericordias porrigit peccatoribus Deus. Primam misericordiam, scilicet sententiam suspendentem offert peccatoribus; dum pedes cruci tenet affixos: non enim ad executionem sententiae currit; non sedit israeli; sustinet, dissimulat, expectat. Secundam misericordiam, scilicet ad poenitentiam revocantem, peccatoribus offert; dum manus expandit, quasi omnes peccatores ad poenitentiam vocet, & trahat, dicens eis illud Matth. 11. venite ad me omnes. v. 28. Tertiam misericordiam, videlicet offensus dimittentem, inclinato capite offert Christus: quia amorose paratus est remittere peccatum, recipere, & dare; osculum, & insuper offerre pacis vinculum. Quartam misericordiam, gratiam offerentem aperio latere, ostendit; unde sanguis nostrae redemptionis, & aqua nostrae abluitionis, charitate largissima defluerunt. Unde II. 55. 1. Dominus vocat omnes peccatores, dicens: omnes fruentes venite ad aquas. S. Bern. t. 2. l. 19.

Cum non nisi coactus periret, quid asseri potest, quin, nativa sua bonitate utens, indulgentem se nobis praeberetur sit; modo nosmetipsos nostri miseret, iustisque Patris visceribus viam patefaciamus. Sancti Greg. Naz. or. 26. in plag. grand.

O Summa, & inenarrabilis pietas Domini Dei nostri! fornicator uxorem alieius hominis, & statim eam expellit, & vix unquam ei parit. Sed peccat anima Christi sponsa, nec uno tantum, sed plurimis peccatis, sed modis innumeris, cum Mundo, Carne, diabolo: & fludeat, statim eam vocat ad se, & omnia peccata condonat: imo, quod majus est, nolentem redire vocat, ut redeat, & ut revertatur, revocare non cessat. Tu fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, & ego suscipiam te. Jer. 3. 1. S. Bonav. l. 41. de Sabulis.

Redi ad cor tuum tandem aliquando, redi vetus Adam! vide, ubi, & quomodo, te requisivit, & invenit novus Adam. Offendam tibi in corpore tuo ignominias animae tuae. Non latus fuit, quod per calaphos, & nova iritionum genera, post te fugientem clamans, & miserans percurrit, & usque ad novissimum Crucis supplicium, te, animam efflantem, affectus invenit, & apprehendit. Quis enim laeto, ille, nisi Adam fuit? qui, ex quo primum in paradiso sui ipsius homicidium perpetravit, tandem a Christo fugit reus, & abscondit se; donec in crucis articulo novissime consumptus, & comprehensus, fugeret, & latere, amplius non

potuit: ubi tandem comprehensus a te bone JESU! conversus est, culpam suam confessus est, poenam liberam amplexus est. Drogo Off.

Fasciculus supparum in ingentem ignem missus non ita repente incenditur, quam repente Deus peccatis nostris, propter ineffabilem pietatem, & misericordiam suam ignoscit; dum vere nos poenitentem vitae aeternae. Blossus par. an. cap. 1.

O ineffabilis misericordia tua Domine! qua supra id, quam cogitari potest, declarata est. Nam nescientes te solliciti quosque, desiderantes te non deservisti; peccatores tibi benignissime indulgisti; avertis longius a te viam ostendisti aeternae salutis. Si tam pius factus es inimicis, quid eris amicis? Thom. Kemp. conc. 1. de Incarn. Christi. Vide plura Humanitas Christi, Crux, Passio.

S. VII.

Misericors Dei patiens, longanimis.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Ecce constituit te Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. 1. Cur non dicitur, constituit te Deum Pharaonis? nam super illa quaedam divina potestate enim ait: aquas per medium dividit, easque in sanguinem convertit; perussio pulvere terrae, fecit scorpiones in universis Aegypti. Aeternam tenebris replevit; ignem, nullo Aarone cum thambulo, repressit: & Pharaon tamen ei resistit. Resp. Moyses postus est a Deo, ut elementis imperaret; ac Pharaonis malitiam in multa patientia sustineret: divina autem potestas in Moysae magis patebat ea sufficientia, quam iustitiae, & imperio in elementa. Oleaster: expende, quae, quanta fit dignitas S. Moyses; quem Deus sic evertit, ut Deum Pharaonis constitueret; & similiter, quanta sit prudentia ejus, & misericordia; ut non eum statim occideret; sed patientia quasi Dei tulerit, & monuerit. Sylv. in Luc. 10. 3.

Circumspice civitatem secundo die semel, sic serventur sex diebus. Jos. 6. 24. Cur ad primum clangorem buccinae prima die muros non prostravit? ut innuere in punitione Dei tanta molitiam. Sancti Chrysol. hom. 5. de poenit. cum struit, velocius struit; cum destruit, tardè destruit. Sex diebus Deus caelum, & terram fecerat. Hic igitur tam velox in constituendo, cum expertus unius diebus decessu consilium, inventus est bonitate tardus, Mundum universum sex diebus constituit, & unam urbem septem diebus solvis. Num potentia inbecillior? sed clementia datus tolerat. Nec silentio in hostes irruit Josue; aut domo oppressos occupat; nec ad primum tonitruum muri corrunt; sed clamoribus buccinae, & militum vociferationibus, omnia complet: ut somno lentos increpet: pigritantes excitet. Arcones in II. 11. Dicit 3.

Lacubus, & pariter Sichimam. Pl. 59. 8. S. Aug. hic: Sichima humeri interpretatur. Quomodo dividit humeros? ut alios grave peccata sua, alii tollant facinram Christi. alia facinra premit, & aggravat te. Matth. 11. 30. omnes membra leve. Dominus languores omnium, dolores, & dolentes; portavit hos humeros nobiscum dividit. Paterni Curus Israel; & aeterna eius. 4. Reg. 2. 12. Abul. q. 19. curus Israel vocatur: quia ad curum pertinet sustentare. Sic enim Elias sustentavit Israel; supportando defectus eorum, & providendo eis in necessitatibus. Arcones in II. 3. Dicit 7.

Meliora sunt verba tua vino. Cant. 1. 1. Duo sponsi ubera, duo in ipso sunt ingenita mansuetudinis argumenta: quia & patienter expectat delinquentem, & elementer recipit poenitentem. Gemina, inquam, dulcedo suavitatis exuberat in peccatore Domini JESU: longanimitas videlicet in expectando; & in dotoando facilitas. S. Bern. l. 9. in Cant. Dextrum Domini uber est longanimitas, quia patienter peccatores expectat; sinistrum uber est clementia, qua elementer suscipit poenitentes. Hugo Card. hic.

Revertere. Cant. 6. 12. Quater dicit, revertere: ad significandam longanimitatem Dei in vocandis peccatoribus, in quatuor eorum statusibus, pueritia, juvenute, virili aetate, & senectute. De Ponte hic. Ex. 8. 5. 1.

Ego quasi nutrix Ephraim portabam eos Or. Of. 11. 3. Miram Dei patientiam; cuius & Paulus in Actibus Apostolorum 17. meminit, praefens locus magnificè satis inquit. Sancti Rup. l. 5. hic.

Ex Novo.

Vis, imi, & colligimus ea? nov. Matth. 13. 18. S. Chrysol. homil. 30. in Matth. multi tanta poenitentia compuncti sunt; ut, cum antea peversis essent, electissimi postea inveniantur. Propterea Zizania iustitiam dimitti; ut poenitentiam tempus praeberetur. Paulus, Publicanus; Latro; cum prius Zizania essent, in optimam triticum mutati sunt; quae quidem mutatio in feminibus impossibilis est; at in voluntate facilis, & aequo

procliva. Olivae t. c. 2. in festo Inmac. Conc. Si Zizania Dei patientia non subveniret; nec Matthaeum de Publicano E van-gelista, nec Paulo de persecutore Apostolum, nec Magdalenam de peccatrice poenitentem Ecclesia possideret. S. Chrysol. l. 37.

Peregre profectus est. Matth. 21. 33. videtur Deus & dormite, & peregre profectus; dum longanimitas est; & non est vestigio peccatorum poenas exigit. Theophylactus hic. Peregrinatio Dei, longanimitas Dei. Idem ibid.

Cum venisset Dominus vinea. Matth. 21. 40. Venit puniturus qui semper adest; cur ergo concessisset dicitur? videtur Dominus a nobis recedere ex longanimitate: quia patiens redditor non est vestigio peccatorum poenas exigit. Escobar t. 6. Par. Ch. Sect. 3. Obl. 1.

Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac; & non invenio. Luc. 13. 27. Qui sunt hi tres, aut quatuor anni, quibus Deum fructum expectat? nisi quatuor vitae hominis partes; in quibus sepius ipsum visitat Deus vocando ad bonos fructus profectorem. Quod si in primo anno, hoc est, quando usus rationis jam adest, eos non proferat; hoc est, quando patienter expectat; reditque secundo anno, in secunda saltem vitae aeternae parte. Qui si adhuc in sua sterilitate persistit, sustinet eum Deus longanimitate. Redit vero tertio anno, tertia aetatis parte, qui si adhuc in sua sterilitate persistat, ostendit se illi magnis iratum; & fortioribus pulsibus, plagisque morborum, & advertitur, monet; minaturque: se vitae solum abstulit, quasi hominis nauti, & inultis. De Ponte tom. 1. de Christ. hom. perfect. c. 14. §. 2.

Si velox ad poenam fuisset Deus, Paulum Ecclesia non possederit: propterea distulit blasphemantem; ut Dei longanimitas ostenderet poenitentem. Lupus in Pastorem transiit Dei longanimitas; Publicanum fecit Evangelistam. S. Chrysol. t. 5. hom. 5. de poenit.

Num. II.

Exempla, & Sententia.

Ex Veteri.

Adam ubi est? Gen. 3. 9. Nominis vocat occultatum: ut vocationis manufacturam amitteret; & timore mortuus cogitationes roscillabundas assumat: adhuc mihi sermone communicat: adhuc voce me signatur, adhuc me ut Patrem advocat: nondum implet sententiam, quam antea minatus est; sed dat responsum locum? S. Chrysol. l. 1. de Adam, & Poenit.

Poenitentem Cain signum, ut non interficeret eum dominus, qui invenisset eum. Genes. 4. 15. Post Abel obit, ut requie potiar; Cain impus superflus, ut poenitere possit. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 9. sect. 2. obl. 2. Tradunt, illum (Cain) a clementissimo Deo ideo usque ad septem generationes fuisse dilatum; ut saltem malis, & longevitate meritis, compulsum poenitentiam ageret; ut mereretur absolvi. S. Hieron. ep. 135. ad Damasum.

Nequequam ita fiet. Gen. 4. 15. Id est, non ita cito morietis, sicut credis: Deus enim per suam misericordiam peccatores expectat ad veniam, vel poenitentiam. Unde ipsum Cain non ita cito voluit mori; ut hic tempus haberet poenitendi. S. Thom. Aqu. hic.

Pluviam quadragesimae diebus. Gen. 7. 4. Quid non erat ei possibile, ut una die totam pluviam induceret? quid, inquam, una die, uno momento posset. Sed hoc dedit opera facit; volens simul & timorem, & occasionem praebere; qua possent poenam, quae jam in foribus esset, effugere. S. Chrysol. hom. 24. in Gen.

Lacrima posui te ostendam in te fortitudinem mentis, & narratur nomen meum in omni terra. Ex. 9. 16. Sed quomodo Deus ostendit fortitudinem suam in Pharaone? non tam in Palagis immit-tendis, quam in expectando peccatore. S. Theodolus in ep. ad Rom. potentia Dei est longanimitas, adeoque maxima potentia. Pl. 26. 14. viriliter age; & confortatur cor tuum; & sustine Domine. Si homo, ut Deum sustineat, & expectet, viriliter agere, & confortari jubetur; quas vires requirit Dominus, ut peccatores expectat? Baza t. 1. l. 6. c. 3. §. 1.

Miseratur, & misericors Dominus; longanimitas, & multam misericordiam. Pl. 102. 8. Quid tam longanimum? quid tam multum in misericordia? Peccatur; & vivitur, accedunt peccata; augetur vita. Blaphematur quotidie; & facti solum suum viti super bonos, & malos. Vocat undique ad correctionem; vocat undique ad poenitentiam; vocat beneficiis creature; vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellam correctionis, vocat per miferiam consolationis. S. August. hic.

Patientis, & multum misericors. Pl. 144. 8. Venit ad secundum argumentum locum, qui appellatur a potentia, quam non laudavit, quod terras suspendit, Maria coarctavit, stellas caelum depinxit; sed toleranter dixit excessus humanos: ut, qui puniri possent lege iustitiae, probentur per patientiam Domini non perire. Cassiodorus hic.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Expellat Dominus, ut misereatur vestri. II. 30. 18. Grandis clementia Dei! ut expectat nostram poenitentiam; & donec nos a vitis convertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogantur. S. Hieronymus l. 9. hic.

Laboravi rogans Or. Jerem. 15. 6. Hebr. Laboravi rogans poenitere. Id est, laboravi rogans, & invitans te per prophetas; ut poeniteres, teque converteres. Maldonatus vertit: laboravi poenitendo, aut ut Sanchez, miserando q. d. Sapius decrevi punire vos; sed ductus poenitentia, & misericordia, revocavi sententiam; sperans vestri emendationem. Sed nihil obtinui; tantum fatigavi me. Cornelius hic.

Vocavi amicos Or. ipsi deserperunt me. Vocavit Dominus Or. Th. 2. 8. quasi dicat: non statim fecit; sed diu ejus conversionem expectavit. S. Bonavent. hic.

Ex Novo.

Et cum sedisset. Matth. 5. 1. Expectatio benignitatis inclinat: expectat enim nos in infirmitatibus; & tarditatis nostris. Tardi enim homines sunt ad credendum, quae Christi sunt; tardi ad intelligendum, quae sunt utilia; tardi ad agendum, quae necessaria sunt: tardi ad poenitentiam, cum reliquerimus iter verum. & Dei benignitas Dei patientia, & charitas Christi, ad poenitentiam nos expectat. Simon Cast. l. 10. hic.

Poenitentiam habeo in me. Matth. 18. 29. Otius debita recipit, qui patienter expectat: perdit impatienter exactor. Escobar t. 6. Par. Ch. l. 2. Sect. 2. Obl. 4. hic.

Jerusalem! Jerusalem! quae volui. Matth. 23. 37. Volui, & voluisti. S. Chrysol. Jerusalem, Jerusalem! quae ulque nunc in hacta es contra misericordiam meam tuis peccatis; nunc autem ipsam superasti. Haec ille in opere Imperf. addit: volo enim in te misereri; sed vires misericordiae facienda non habeo; nec possum te amplius sufferre: ineffabilis enim iniquitatis tuis misericordia mea quasi jam lassata a proposito suo defecit. Didacus Nyss. l. 4. d. 1. Quad.

Invenit cor dormientes. Matth. 26. 40. Quoties & redis ad nos, & invenis dormientes? & tamen benignè suscitans nos. Et iterum abis, secundo, & tertio, eundem sermone disceptat. Statim autem ut recessisset iterum somnus occupat nos; nec vigilare possumus; nisi quantum possibimus es; & suscitans nos. Drogo Off. hic.

Solabat se supra fontem. Joah. 4. 6. Nulli rei tam assidet Dominus, quam peccatores expectando ad casta sponse obsequium. Cant. 5. 2. videbis sponsum pulsantem, sed ad statem, non sedentem; ad modo peccatorem veniturus sedet; & morosus sedet supra puteum, & omentum Dei expectationem; ut peccatores accedant ad salutem. Qui morae impatientis est, vix stat. Dominus in aliis omnibus seclissimus; cum peccatoribus expectandis accedit, omnium est moratur patientissimus; tunc sedet. Baza t. 1. l. 6. c. 3. §. 1.

Istus autem abscondit se. Joan. 8. 59. Cur Christus ablit a lapidantibus non indicat aliqua poena? S. August. tr. 43. cum Judi lapides tollerent, quid magnum erat, ut eos continuo terra delinens absorberet; & pro lapidibus infernos inveniret? non erat magnum Deo; sed magis erat commendanda patientia.

Ex Patribus.

Clementissime Magister! quoties ego doctrinae tuae transgressus sum regulas? quoties edicta tua Domine Sancte contempserim? & cum diceres mihi, revertere, non sum reversus; cum minareris, non timui: cum bonus esses, & lenis, exasperans fui. Ultra septuagesies septies in caelum, & coram te peccavi! quis tot fordes abluet? quis abraderet sterora conglabrata? necesse est, ut ipse nos abluat. S. Cyprianus de abluitione pedum.

Quid Esau nequius? nonne odibilis Deo? Esau odio habuit. Quare protinus meritam non suscipit animadversionem? si excilius fuisset, maximum fortassis iustitiae fructum mundus amississet. Et qualem? auri: Esau genuit Raguelem, Raguelem Zaram, & Zaram Job. Cernis, quantum elanguisset patientiae flos, si praeviens Deus a radice poenas exegisset. S. Chrysol. ho. 5. de poenit.

Ego peccabam, & tu dissimulabas; non continebam a sceleribus; & tu a verberibus abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam; & tu Domine pietatem tuam. S. Bernardus l. 2. D. 6. Pent.

S. VIII.

Misericordia Dei non fit simulus ad peccandum.

Comedit, dedique viro suo, qui comedit. Gen. 3. 6. Vidit Adamus Evam comedentem, & non vidit moerentem; credidit sibi quoque fore impune, si comederet: atque adeo abusus patientia, & longanimitate Dei, ita respondet S. Augustinus l. 11. in Gen. ad lit. c. 3. 0. nec fuaderi jam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuum non esse crederet. Et

Eva

Eva ipsa ex hac divina patientia processit ad tentandum virum. Mendoza Annot. 8. in 1. Reg. 1.

Dei iudex iustus, serus, & pater. Pf. 7. 12. Dei patientia timenda est malis: quia eo ipso, quod expectavit eos Dominus ad poenitentiam, & converti noluerunt; districtus iudicabuntur, & diutius punientur. Th. 1. 15. vocavit adversum me tempus. Hugo Card. hic.

Sufficiens ingratiſſimas nationes; ludibria artium, & opera manuum suarum, adorans, nomen cum familia sua persequentes; luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem, quotidie insolentem: ut sua sibi patientia detrahat: plures enim Dominum non credunt, quia faculo iratum tandem nesciunt. Tertul. l. de par. c. 2.

Sicut omnia in mensura fecit Deus, & pondere, & numero; ita etiam patientia eius mensura est. Origen. l. 2. in e. 2. ep. ad Rom.

Magis peccant contra me, qui nunc dicuntur sapientes. Ego enim dedi eis sensum, & intellectum, & sapientiam; ut me diligerent: sed ipsi nihil, nisi ad suam utilitatem temporalem, intelligunt. Oculos habent in occipites; videntes sunt ad sua delectabilia; sed cori sunt ad gratias agendas fuit, qui dedi eis omnia. Ideo ego postum nunc hoc proverbium dicere, quod a vulgo communiter dicitur: qui patiens est, ab omnibus contemnitur. Sic, ego propter patientiam meam nimis videor ab hominibus fatuus esse; & ideo ab omnibus contemnor. Sed vix eis, cum offendero eis iudicium meum post talem patientiam. I. 1. Revel. S. Brig. c. 19.

S. IX.

Misericors Deus.

Christus misericors Samaritanus. Luc. 10. 33. Utinam Dominus Iesu, ad me misericordia motus digneris accedere, qui descendens ab Ierusalem in Jericho, proruens scilicet de summis ad infima, de vitalibus ad infirma, in Angelos tenebrarum incidit: qui non solum gratia spiritalis mihi vestimentum abstulerunt, sed etiam plagis impositis semivivum reliquerunt. Utinam peccatorum meorum vulnera data mihi recuperanda salutis fiducia alliges; ne detentus leviant, si sanari desperent. S. Gregor. in quartum Pf. poenit. initio.

Dominus Iesus ipse est medicus, qui vulnera nostra curavit, infundens vinum, & oleum: & alligans vulnera. Ad illius, qui descendens ab Ierusalem a latronibus vulneratus est. S. Ambros. in Pf. 118. Oston. 21.

Nonne vere dicimus, quia Samaritanus es, & demonium habes? Respondit autem: ego demonium non habeo. Quod respondit refutavit; quod tacuit confirmavit. S. August. l. 7. de verb. D.

Christus sumus de caelo detulit oleum & vinum; ut semivivi hominis, in delictorum facris volutabro maderetur vulneribus. S. Laurent. Just. de triumph. c. 1.

Proponitur hic multiplex peccatorum miseria. Privant caelesti gloria: descendebat ab Ierusalem. Incidit in latrones poenitentiam dormonum. Bonis gratis spoliant; vulnera interunt, quibus integritas humana naturae violatur. Samaritanus Christus, iter eius incarnatio, juramentum Caro eius. S. Thom. Aq. D. 13. Penit.

Appropians vulnera eius ligavit. Per duas partes ligaminis vulnera continxit, dum per duos timores peccata compescuit. Servilis enim timor poenalis a peccatis prohibet; filialis autem timor sanctus ad bona opera movet. Vinum infudit, dum dixit, poenitentiam agite: oleum addidit, dum subiunxit: appropinquavit enim regnum colorum. S. Honorius f. D. 13. Penit.

Oleum lactia est. Pf. 43. 8. unxit te Deus tuus oleo lactia. Et vinum lactia est. Pf. 103. 15. vinum lactia est cor hominis. Ac per hoc duplici lactia conversus peccator perfunditur, quia evat infernum, & regni supremi accepit promissionem. Simon Caill. l. 8. c. 38.

Oleum misericordiam, vinum iustitiam: his stipatus incedit liberatus a malo. Id. ib.

S. X.

Continuatio prioris. Misericors Medicus.

Ex Veteri, & Novo.

Ego Dominus sanator tuus. Ex. 15. 26. Hebr. medicus tuus. Dicitur hic a morbis ad Deum recurrendum. Cornelius hic.

Lavare sepius in Jordane. 4. Reg. 4. 10. Petit majora, & plura, Naaman; quae non obtinuit: sed quae singula Christus animum medicus in curandis nobis abunde praestitit, &c. S. Gregor. hom. 16. in Ezech. caro factus est, ut nos faceret spirituales; inclinat us est, ut levaret; exiit, ut introderet; flagella percutit, ut sanaret; mortuus est, ut vivificaret. Agamus ergo gratias vivificant, & mortuo; & ideo vivificant, quia mortuo. S. August. tr. 15. in Joan. illius infirmitas nostra est fortitudo. Oliva t. 1. conc. 10.

Putabam, quod egredieretur ad me. 4. Reg. 5. 21. 23. dicit Leprosus Naaman &c. dicit ei servus fidelis. Pater si rem grandem dimiserit tibi propheta. Leproso peccatori dicitur: accede ad Christum, ad Confessarium. Multi sunt potentes, & divites; qui ad animarum medicum vel compulsi tempore veniunt. Sed si Confessarius aliter, quam illi velint, eos curare disponit; alium quarunt, qui pro libitu suo eis pharmaca praebet. Si rem grandem. Cum damnatus sis ad aeterna supplicia, cum mereris Inferni poenas; quid magnum postulari potest, ut hoc redimas &c. Olorius D. 3. Epiph.

Oleum essulum. Cant. 1. 2. Sanguis Christi essulum pro me, est oleum essulum in me; ut mea lethalia vulnera fanet, & peccata remittat. De Ponte hic.

Magna est velus mare contritis tuis; quis medebitur tui. Thren. 2. 13. Ut mederet contritis cordi. II. 61. 1.

Mulier quaedam erat in fluxu sanguinisque in medicos erogaverat omnem substantiam suam. Luc. 8. 43. Illa mulier in Evangelio per duodecim annos fluentem sanguinem corporalem voluptatum silitere non potuit, nisi posteaquam confisit ad Christum. Intellexit enim, quod nemo perfectus medicus, nisi qui descendisset ex caelo. S. Ambros. in Pf. 43. Adoretis pannos infantie, ex quibus facta sunt emplastra naturae. S. Aug. l. 17. de temp. Quid eram, nisi subvenire; quam desperatus eram, nisi curares? ubi jacebam, nisi advenires? certe ingenti vulnere periclitabar. Sed illud vulnus meum medicum omnipotentem requirebat. Omnipotenti medico nihil est insanabile, non renuntiat alicui, qui sanat omnes infirmitates tuas. Idem in Pf. 58. 18. adjuro meum tibi psallam. Omnipotenti medico nullus languor insanabilis occurrit; tantum tu curari te sine. Id. hic.

Etiam appropinquantes ei publicanus, & peccator. Luc. 15. 1. Dominus illud facebat, cuius gratia incarnatus est, accedens ad publicanos, & peccatores, tanquam medicus ad infirmos. Theophylactus hic.

Ex Patribus, & Aliis.

Verbum Paternum solum est humanarum aegritudinum Proximus medicus, & sanctorum aegrotae animae incantator. Clem. Alex. l. 1. Prad. c. 2.

Non utitur ferro, ne medicamento quidem austero, vel caetero: solo verbo sanat coelestis hic medicus; & bonus Deus lacrymis, atque gemitibus vulnera curat. Accede peccator ad bonum hunc medicum, & pro optimo medicamento lacrymas offers. Si insanabilem tibi concisus sis vulnurem, cogitationum, & actuum, in te latentium; quare occulta illa vulnera negligis, nolens ea medico, ut cureris, ostendere? Quid times medicum? non est durus, nec immittis, ac immisceris. S. Ephrem. l. 1. de poenit.

Omne mandatum tuum, sicut cauterium impressum, te-nebo. Etsi urit cauterium mandati, tamen putrefacta carnis exurit, ne ad vivum seipat contagio. Etsi mordet medicamentum, tamen vitio diceris tollit. Ausus igitur Domine Iesu potenti machera tua meorum putredines peccatorum. Dum me habes ligatum charitatis vinculis, seca quodcumque vitium est. S. Ambros. l. 5. in Luc.

Subveni gravi vulnere secundum magnam medicinam tuam Grave est, quod habeo; sed ad omnipotentem confugio. De meo tam lethali vulnere desperarem, nisi tantum medicum reperirem. S. Augustinus in Pf. 50.

Omnipotenti medico nullus languor insanabilis occurrit; tantum tu curari te sine: manus ejus ne repellas; novit quid agat. Non tantum delecteris, cum sovet; sed etiam toleres cum fecat. Tolerata medicinale, dolorem futuram cogitans sanitatem. S. August. in Pf. 102.

Noli mihi dicere, parvi! quid mihi restat? noli dicere, peccavi; quid faciam? medicum habes; quid morbum potest vincere? medicum habes, qui sanat omnem languorem: medicum habes; qui potest, & vult sanare. S. Chrysof. de Chanana.

Currite ad Medicum, cum potestas; non; cum velitis, non possitis. S. Chrysof. in Pf. 26.

Noststrarum medicus animarum, non; quae nobis fraudi postea futura sunt, dare sustinet: neque enim parentes is, quos amant, parvulis adhibe filios, vel gladios, vel ignitos carbones adduci possunt, ut porrigant. S. Chrysof. tom. 6. or. de inst. vita &c.

Iesus apud Hebraeos significat Salvatorem; in lingua vero Graeca medicum significat: quandoquidem & corporum medicus est, & animarum curator. S. Cyrill. Jerof. Cat. 10.

Omnia, quae de Salvatore legimus, medicamina sunt nostrarum animarum. S. Bernardus f. 4. in temp. Refur.

Ipsa medicus noster infirmitate carnis nostrae, tanquam in lecto discubuit infirmantium: ut experiretur, quid sanandis infirmis suis esset necessarium. B. Ivo Carnot. f. de Nat. D. Primo curavit nos per diaram; quando jejunabat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Secundo per eleuatium, quando corpus, & sanguinem suum dedit. Tertio per sudorem, quando factus est sudor ejus sicut guttae san-

sanguinis decurrentis in terram. Quarto per minutionem, quando flagellis, & lancea, vulneratus fuit. Quinto per potationem, quando gustavit acetum felle mixtum. Sexto per emplastrum, quando facies ejus sputis illita fuit. S. Bern. t. 2. l. 56.

S. XI.

Misericordia ejus major est Angelica, & humana.

Ex Veteri.

Melius mihi est, ut incidam in manus Domini: quia multa sunt miserationes ejus. 1. Paral. 21. 13. S. Ambr. in Pf. 37. miseretur, qui nescit errare; non miseretur, qui particeps est erroris. Sedulus l. 1. Paschali c. 15. de Jona: nata feritatem praebuit, fera naufragium subministravit. Elegit, non quod a flagello esset immune; sed quod moderatius judicavit: ut Dei lenitate magis, qui nescit ignoscere, quam hominum se committeret potestati; qui mensuram ultionis frequenter excederent. S. Ambr. in Pf. 37.

Vox Domini super aquas. Psal. 28. 3. Convertimini ad me, clamat vox ista. Porro per aquas Deus cum hominibus agit, quam homines. Oliva l. 12. Strom. hic.

Misere Domini manus suam, & tetigit os meum. Jer. 1. 9. Nota Domini suavitatem, ut Prophetae labia forundet, os tangit tantum. Angelus vero, Isaiae labia purgatur, lapidem, & ignem adhibet. Il. 6. 6. Ille tangit, hic urit. Planè si certius Propheta ab homine purgandus esset, labia sibi non tangi, non urit, sed exuri, & mutuari, sentiret. Quod melior quis, cò mitius, & dedicatius discipulum format. Oliva t. 2. Strom. hic.

In qua sunt plus quam centum viginti milia hominum. Joan. 4. 11. Dicitur hic, quam Deus clementior sit homine etiam sancto; quamque satius sit confugere ad Dei, quam hominum tribunal. Si Jonas in causa Ninivitarum fuisset iudex, tulisset in omnes, licet poenitentes, ob praerita scelera, sententia mortis. Corn. hic.

Ex Novo.

Quare cum publicanis, & peccatoribus, manducet Magister vester? Matth. 9. 11. Bonus Iesus, & impeccabilis Deus, ad se peccatores recipere dignatur; quos acriter dedignantur, & mordent Pharisei, & peccatores pleni peccatis. Nemo durior nemo immanior, contra peccatores, quam peccator. Baeza t. 2. l. 6. c. 4. 9. 15. Remittuntur tibi peccata; vade in pace. Luc. 7. 47. 50. Si ad illius Pharisei pedes accessisset, discursus erat, recede a me. S. Aug. hom. 23. ex. 50. Ego habeo claves mortis, & Inferni. Apoc. 1. 18. Colorum claves Petro tradidit. S. Iulianus ep. ad Zenam: si in hominum potestate esset sumus, gehennae quoslibet addicere, totus mundus exhaustus esset eorum saevitia.

S. XII.

Misericordia ei charior praestitit.

Ex Veteri.

Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes; visitantium quidem Patrum in filios, in certam, & quartam generationem: & facies misericordiam in millia his, qui diligunt me. Ex. 20. 5. 6. Steph. Cantuar. in Sylva Alleg. visitantem peccata in quartam generationem; ecce iustitia: faciens misericordiam in millia; ecce misericordiam: quae tantum praestitit iustitiam, in quanto plus comprehenditur per millia, quam per tertiam, & quartam generationem.

In libro bellorum Domini. Num. 21. 14. Sed perit ille, volente Domino. Cur? Oleaster: ut solum nunc jactaret opera misericordiae: non enim leges in Evangelio, qualiter debellaverit hostes homines; sed qualiter ab infirmis morbis peccantes sanaverit.

Manus tua fecerunt me. Job 10. 8. Marci 10. 16. imponent manus super illos, benedixit eos. Cum autem sermo de iustitia, in numero unitatis. Job 19. 21. manus Domini tetigit me.

Ira in indignatione ejus, & via in voluntate ejus. Pf. 29. 6. Hebr. ad momentum est ira ejus. Chald. una hora ira ejus, vita aeterna bona voluntas ejus.

Calix in manu Domini vini meri plenus misero verumtamen factus ejus non est exinanitus. Pf. 24. 9. S. Ambr. hic: plus minatur, & minus exigit: cum irascitur, differt; cum miseretur, propter, ut absolvat: terret; ut corrigat; admonet, ut enendet; praevient; ut ignoscat. Ad terrendum, plenus est calix; ad bibendum non est exinanitus. Apud Pinna in Eccl. Ethol. 34.

Leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant. 2. 6. Quia per dextrum, & sinistrum, adversa solent, atque prospera, designant; videtur mihi hoc loco intelligi posse, lavam quidem verbi comminationem supplicii; dextram. P. Spanner Poly. Tom. II.

teram vero regni promissionem. Sanct. Bernardus f. 51. in Cantic.

In puillo, ad medicum, dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. II. 54. 7.

Ut predicarem capreis indulgentiam, ut predicarem annuum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. II. 61. t. 2. Oleaster. in Gen. 8. vides, ultionem die claudi; placationem vero usque ad annum durare.

Ex Novo.

Liber generationis J. C. filii David, filii Abraham. Matth. 1. 1. Cur primo ponitur David filius? quia in Davide plus resplendit divina misericordia, quam in Abraham: nam ille in multis peccavit, iste in omnibus iustus apparuit, ait Anselmus. Cum ergo in hoc representetur iustitia, in illo misericordia, David praecedat: misericordia enim apud Deum primam semper occupat sedem. Sylv. hic.

Qui sequebat, similis erat aspidi lapidis salsidii, & sardinis. Apoc. 4. 3. Plin. l. 37. natur. hist. c. 17. ait: eam sardinis lapidis naturam esse; ut oleo magis, quam alio liquore, habeatur. Ut argumento sit, misericordiae oleum aqua Dei ama hebetare. Incert. Auth.

Ecce vixit Leo de tribu Juda. Apoc. 5. 5. Semel tantum vocatur Christus in Apocalypsi leo, sed in eadem trigefies semel agitur; quia longe plura signa humanitatis, quam severitatis exhibet; magis de mansuetudine agni, quam de fortitudine Leonis gloriatur. Mendoza in 1. Reg. 11. annot. 10. sect. 2.

S. XIII.

Quae Deum moveant ad misericordiam.

Num. I.

Quia sumus populus ejus.

Injuste agitur contra populum tuum. Ex. 5. 16. Abul. q. 5. caute locuti sunt, & Retorice; ad captandum amorem, & misericordiam.

Vade, descende, peccatis populus tuus. Ex. 32. 7. Moyses autem v. 11. orabat ad Dominum Deum suum dicens: cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum. Abulens. q. 17. hic; quamvis exteriori suaderet Moyse Deum, ne oraret; movebatur a Deo interitus, ut pro eo oraret, ne deleteret, pro re sua quia suus populus erat, testimonio Deo. Moyses e contrario ipsum populum Dei esse dicit: quasi totam curam populi illius, & bonum, & malum, Deo inculcetur. q. d. Domine, si iste populus non esset tuus, deberes in eum irasci quasi hostis; sed quia tuus est, debes ei misere esse sicut Pater. Arcones in II. 1. Disc. 3.

Ut Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Judith 7. 4. Forma est orandi, qua maxime lenire possunt homines, cum se esset innotent Dei populum. Quis enim curam abiciat sui operis? quis suis non faveat domesticis? Velloso hic Paren. 8.

Nis autem populus tuus. Pf. 78. 13. Intendunt esse, lamentationem suam, quia suavitatem concluderet; ut Domini dicat esse gregem, pro quo devotissimus supplicabat; ne diutius irasceretur eis, quos suos esse meminisset. Cassiod. hic.

Magister, nonne ad te pervenit, quia perimus. Marc. 4. 38. Magne profunditatis, & divinae inclinationis, est verbum. Magister nonne. Imò ad neminem pertinet, praeterquam ad te: si perimus: tui enim ex creatione sumus; tibi ergo perimus, si tui sumus. Ad te solum liberare pertinet, ne pereamus; & reassumere de periculo, si incurrimus. Vocasti nos in promissione tua, sequimur te in fide nostra. Vocasti nos miris modis; sequimur te vestigiis nostris: patrocinia Mundi dimisimus; & sub tua protectione confugimus. Sim. Caill. l. 5. cap. 2.

Num. II.

Fragilitas nostra.

Non permanebit spiritus meus (id est, indignatio mea) in homine, quia caro est. Gen. 6. 3. q. d. nec ita indignabor, quod non velim eum corrigere per flagella; quia caro est, id est, fragilis: q. d. ideo miseror, quia fragilis. Non ita de diabolo, quia spiritus tantum, & non caro, & sine Suggestione peccavit; ideo sine redemptione punietur. Hugo Card. hic. Non permanebit. Symmachus, & alii, ex Hebraeo vertunt: non iudicabit, non ligabit. q. d. Deus: non patiar hanc litem inter, meam iustitiam, & misericordiam, tam diu durare. S. Hieron. q. in Gen. sic legit: non iudicabit spiritus meus, hoc est: quia fragilis est in homine conditio; non eos ad aeternos servabo cruciatu; sed hic illis restitui, quod merentur. Ergo non severitatem, ut in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat; dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Corn. hic.

Vidit omnes filios hominum. Psalm. 32. 13. Considera, quia non

non dicit, vifa peccata, sed filios hominum; nam cum delecta respicit; punit; cum hominem intuetur, absolvit. Sicut, Pl. 50. 11. dicit vultu faciem tuam ad peccatis meis. Et Pl. 142. 7. non averas faciem tuam a me. Castid. hic.

Vultu hominem, Matth. 9. 9. Non otiose dicitur vidisse hominem: ut inde reddatur ratio, quod ipsum Jesum allexit, ut Matthæo propitius fuerit: quia ad naturam humanam tamquam sibi cognatam valde propendet. Baeta t. 2. l. 6. c. 4.

Memento mei. Luc. 23. 42. Non dico, ut memineris operum meorum: hæc enim metuo; sed omnis homo afficitur ad comitem suum. S. Cyrill. Jerofol. Catech. 13. introitus in conspectu ejus in exultatione. Pl. 96. 2. Ante quem tremunt columnæ cælorum; jubemur homines exultare: Unde tanta præsumptio? an quid Deus homo? sic S. Chrysol. l. 6. unde est, quod propterea hoc vos facere debere sic præsumit: unde est? ex eo; quod sequitur v. 3. scietate, inquit, quid est Dominus Deus: quia Dominus ille est Deus; qui fuit in carne nostra pusillus, Baeta ante citatus.

§. XIV.

Deus est benignior peccatoribus, quam iustis.

Quia est Maria colora Moyses. Num. 12. 1. 10. Quia tenet contra fratrem munitur; a Deo lepra percussa est; & a castris septem diebus exclusa. Mariam autem Magdalenam plurimis peccatis enormiter benignissime tractat, & consolatur, atque defendit. Iustum timor sustinet, ne efferatur; peccatorum spes erigit, ne desperet. Diez l. 5. Dom. Passion.

Possionem ejus mei sperni dilectio meo; ac ille declinaverat, atque transierat. Cant. 5. 6. 7. Pulsante sponso, cum sponsa papulum morata fuisset, illum non invenit; fecitque eam ire per vias ad eum querendum; ubi in manus vigilum incidit, a quibus percussa &c. Illam vero meretricem, quæ tot adulteria cum multis amatoribus commiserat, Jer. 3. 1. tam benigne alloquitur: reversa ad me. Vide etiam Ezech. 18. 21. quam aspexit minetur iusto; quam blandè spondet peccatori. Id. ib. Petrum, cum Passionem Christi vellet ex amore impedire, Sathanam appellavit. Matth. 16. 23. Judæ proditor dicit: amice, ut quid venisti? Matth. 26. 50. Id.

Miscellanea.

Non est bonum hominem esse solum. Genes. 2. 18. Cum præcius sit omnium futurorum; non apparet, qua ratione in verum sensum ad aptari possit. Nam si Adam solus remaneret, forte nullum esset peccatum; quod consulente uxore, factum esset; vel saltem non tot essent; ad accepta conjugæ, humanum genus longè latèque dilatavit. S. Ambrosius causam refert in Dei misericordiam, l. de parad. c. 8. quia ex viro solo non poterat esse humani generis propagatio, pronuntiavit Dominus, non esse bonum hominem solum; maluit enim Dominus plures esse, quos salvos facere posset, & quibus donaret peccatum; quam unum solum Adam, qui liber esset a culpa. Pinna Eth. 34.

Domine in Cælo misericordia tua, Pl. 35. 6. Nescio, quam misericordiam ipse dicit, quæ in cælo est: est enim misericordia Domini & in terra. Habes scriptum Pl. 35. 6. misericordia Domini plenus est terra. De qua ergo misericordia loquitur, cum dicit, Domine in Cælo. Mavera Dei partim temporalia sunt, atque terrenas partim æterna & cælestia. Qui propter hæc colit Deum, ut terrena ista, atque temporalia accipiat, quæ omnibus præsto sunt; quasi adhuc ut pecus est. Utitur quidem misericordia Dei; sed non illa, quam expectaturus est; quæ non dabitur, nisi solis iustis, sanctis, bonis. Sanct. August. hic.

Melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. Pl. 62. 4. id est benignitas illa, qua me peccatorem a Tartaro revocasti; hæc melior est ad Detatem tuam testandam, quam vita reddite Lazaro, viduæ filio, aut principis filie. Eusebius Emili. hom. de Pacha: bene dicitur: melior est misericordia tua super vitas: meliores enim sunt dies, quibus ad æternam vitam renascimur; quam illi, quibus in hæc tempora progredimur: siquidem majora sunt dona gratiæ, quam naturæ. Hic potentia, ibi misericordia coninetur. Eicobar t. 3. Coll. Chr. p. 2. l. c. 2.

Miles publicanus, & peccatoris discumbentibus cum Jesu. Matth. 9. 10. Anni multi docent misericordiam in peccatoribus. Severissimi us ulior est peccatorum juvenilis ardor; & nimius erroris pietendi rigor semper novitius est in disciplina Christiana. Jesus ut adolevit ætate, publicani mensis accumbit; & recipit publicanus, ac peccatoribus. An non ille est Jesus, qui puer nec nasci, nec portari patitur, nisi ex Virgine Maria, a judo Simone? cur modo non solum iustis, sed & peccatoribus patitur tractari? S. Bern. l. de Punit. nullum ibi locum peccator habuit, omnes fere perfecti, omnes iusti, omnes sancti. Sed nunquid hos tantum salvabit Dominus? crevit corpus, crevit & misericordia: homines, & iumento, salvabit: Baeta t. 2. l. 9. c. 4. §. 13.

Mulier in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Mulierem vocat, quia nomen fragilitatis: misericordia maxime respicit misericordiam. Sylv. hic.

Amulus est ab eis, quantum iustus est lapidis. Luc. 22. 41. Sim. Call. in Matth. progressus pusillum; scilicet quantum iustus est lapidis; ut nunquam ab aliquo elongetur Christus; quam cor lapideum hominis ad ipsum non possit, si velit, converti. Falla est quasi vidua. Thren. 1. 1. S. Paschal. l. 1. in Thr. quasi vidua, & non vere vidua; quoniam, est a sponso despicitur, sponsalitates tamen ejus jurta manent; ut, si redierit prioraque dilectionis opera impleverit; sponsum saltem per penitentiam respiciat. Baeta t. 1. l. 4. c. 2. §. 12.

Capilli candidi tanquam lana alba: Apoc. 1. 14. Victor. Pictav. Ep. in capillis albis albatiorum est similitudo; lanæ similis propter oves. Ipsum ovem errantem nullit humeris. Luc. 15. 5. Inde sic cognatur Christus: nulla enim corona Christo pretiosior, quam peccatoribus convertere, & reducere ad salutis gregem. Sylv. hic q. 53.

Oculi ejus tanquam flamma ignis. Ib. S. Antonius Pad. in fragm. sup. Apoc. oculi ejus. Id est, respectus gratiæ Christi; tanquam ignis glaciæ, id est, cor peccatoris congelatum dissolvens. Luc. 22. 61. Dominus respexit Petrum, oculis scilicet misericordie, & flevit amara; quia dissoluta fuit glaciæ cordis ejus in lacrymarum compunctionis. Gelfidus conc. 34. oculi ejus intentio ejus: quia autem charitas ignis, flamma ignis est nimietas charitatis; bonorum nostrorum non egens subvenire nobis solo intuitu vehementissimæ charitatis intendit. Id. hic.

Quandiu vivimus, si datur contra nos in Charia justitia, possumus appellare ad Curiam misericordie; sicut fecit David, & Ezechias. S. Vinc. Ferr. l. 3. f. 2. Rogat.

Qui fugit dexteram divine benignitatis, incidit in sinistram divine severitatis. S. Bern. t. 2. l. 54.

Multi volunt misericordiam, retinendo peccati miseriam; & orat misereri; sed nolunt emendari. Superbia maxima est, peccata misericordiam, & in vitii yelle manere. Sim. Call. l. 1. c. 26.

§. XV.

De misericordia Dei præsumptio.

Resurgens sunt aqua, & operuerunt currus. Ex. 14. 28. Quæque temeritatis, & demetiæ, Pharaol iratum habet Deum; nec tamen terrebatur. Perfuasit sibi impius, Deum etiam tunc fore benignum, quem toties expertus fuerat. Abutebatur divina misericordia: ex ea sumptis occasione peccata peccatis cumulandi. S. Greg. M. in l. Reg. c. 3. peccare, & de Dei Creatoris clementia præsumere; pelago justitiæ ejus exponi est. Castillo Hlat 164.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te. Pl. 30. 20. Origenes tom. 1. in Ezech. notat, abscondi dulcedinem hanc non diligentibus, id est, perfectis viris; sed timentibus, id est, qui parum in virtute profecerunt. His utiliter absconditur, ne præsumptionem ingerat: & manifestatur justitiæ, ut utiliter timeant. Parvuli, ait Origenes, non possunt cum enolumento suo discere, quod amentur a patre; nè dissolvantur, nè desipiant bonitate Dei. Pinna Eth. 64.

Publicani, & meretrices, præcedunt vos in regnum Dei. Matth. 21. 31. Idcirco ad telonia, & prostibula, currendum? absit! imò potius ab iis ideo procul evadendum. S. Ambr. l. de Elia, & jejuniu c. 20. est vis verbi sic concludit: ergo quia tant misericordem habemus Dominum, qui etiam gravi ignoscat erroris; convertamur nos ad vitas; non recedamus a leges præceptum Domini quasi servi sedulis Rudis exequamur. Magis quodammodo Dei misericordia timenda, quam justitia: qui enim justitiam offendit, habet misericordiam pro asylo; qui autem misericordiam offendit, quæ ara eum tuebitur? Mendoza in l. Reg. 4. Annot. 10. sect. 2.

Quemcumque osculatus fuero. Matth. 23. 48. Proh dolor! quantum proditoris anima pravitatem suscipit! quibus oculis tunc Magistrum aspexit? quod signum conditionis dedit? Quemcumque osculatur. Confidat in lenitate Magistri: quæ res maxime confundere illum hominem, & omni privare venia, sufficit; quia ita manifestum prodebat Magistrum. S. Chrysol. hom. 48. in Matth.

Sic timeat (peccator) justitiam; ut quærat misericordiam: sic de misericordia confidat; ut tamen justitiam contremiscat. Cælarus Arelat. hom. 13. Desperatio. Vide Spes.

§. XVI.

Misericos, & iustus est Deus.

Ex Veteri, pleraque Symbolicè.

Quemque transivisse sapientiam dicit, aqua mundaverunt super terram. Gen. 7. 10. S. Ambros. l. de Noe, & arca: quæ causa est, cur postquam ingressus est Noe in arcam; post septem dies diluvium factum sit? non enim otiosum vis de.

deur, quod non, aut plures, aut paciores, interpositi sunt dies; sed tot, quot in constitutione Mundi fuerunt. Quo declaratior indicio; ipsum esse auctorem Mundi; atque diluivii: Mundum propter bonitatem suam condidit; diluvium misit nostrorum merito delictorum.

Duo quæque Cherubim aures - ex utraque parte oraruli. Ex. 25. 18. &c. Deus in Propitiatorio dabit responsa inter duos Cherubim; quorum alter justitiam, alter misericordiam, designat. Pinna Ethol. 126.

Tu quæque natus, qui fecerit mihi. Job. 3. Reg. 2. 5. &c. Cum rationis ordo depositus, ut in perduelles, vel quolibet inimicos vivos sententiam ultionis exereret, moriens autem eis misericorditer indulgeret; cur moriens David Salomoni in regnum succedenti perendos mandavit? sed sciendum est: quia per regnum David, qui tot persecutionibus, & artibus, attritus, hoc præfens scæculum designatur; in quo cum suis membris Christus affligitur, multaque tribulationibus Ecclesia laceratur. Regnum vero Salomoni futuræ vitæ denotat gloriam. Unus igitur, idemque, Redemptor noster; & nunc David est, & tunc Salomon erit. Nunc quasi David reproborum pravitatè æquanimiter tolerat; & postmodum tamquam Salomon in gloria sua veniens, eos, quasi vibrato iudicii sui mucrone trucidat. Misericordiam, & iudicium, canabo tibi Domine. Pl. 100. 1. Petrus Dam. l. 2. ep. 20.

Præcepit Dominus. 3. Reg. 7. 17. 20. in templi columnis malognata, catenatque depingi. Vult Deus ex dono sua fructum misericordie, justitiæque catenas, sperari oportere; quæ sunt duæ columnæ, quibus totus orbis sustinetur. Diez conc. 2. in Com. Conf. Pont.

Obliviscatur ejus misericordia. Job 24. 20. Omnipotentis Dei misericordia obliviscitur dicitur, qui omnipotentis Dei justitiæ fuerit oblitus. Quisquis cum nunc iustum non timet, postea cum invenire misericordem non valet. S. Gregor. l. 7. mor. c. 31.

Exultavit ut vitas ad currendam viam. Pl. 18. 6. Non fatapat similitudine usque videtur Propheta dum eum, quem nuptiali carmine v. 6. sponsum dicit, giganteum, & ad cursum alios provocantem, vocat. Magis enim è re videbatur, si cum viciibus præstitis indutus, bella facie amabilem, depinxisset. Potius enim terretur sponso homo gigantea proceritate ad cursum, & palæstram, alios laceffens. S. August. l. 12. de temp. ad hoc sponso procedit de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam suam; amabilis, & terribilis; severus, & serenus; pulcher bonis, asper malis. Pinna Ethol. 65.

Sponso forma præ filiis hominum. Pl. 44. 3. Mox tamen, quasi militem strenuum, viribus potentem, armicæ accingunt describit: accingere gladiu tuo super femur tuum potentissime v. 4. Sagitta tua nota. v. 6. Docemur, utrumque miscere, & misericordiam, & justitiam: ne aut solius misericordie consideratio desides, aut solius justitiæ pusillanimes, faciat. Id. ib.

Qui gloriæ est in nube dicit, & stans nubes in illuminatione ignis. Pl. 77. 14. S. Augustinus hic per nubem Christum intelligit, qui ad coelestem patriam pergis, hujus columnæ ductum sequere, & cogita, quæ Christus inter homines degens pro te gesserit; & quæ acturus contra impios in igne: quia columna nubis est beneficiis: ignis, puniens. Utramque columnam memoria tene. Id. Ethol. 99.

Misericordiam, & iudicium canabo tibi Domine. Pl. 100. 1. Misertus Domini iudicium autem tibi miseretur, aut iudicat. Sed neque misericordiam ipsius sine iudicio, neque iudicium sine misericordia reperitur: utraque enim se mutua societate conjungunt. Cassiodorus hic.

Miserors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. Pl. 114. 5. Ecce circumseptam justitiam ad misericordiam, & tamquam in medio clausam; ut nec ingredi, nec aggredi, nisi per misericordiam januam, queat. Diez Misericordia Dei.

Verba Ecclesiæ, filii David, regis Jerusalem. Eccl. 1. 1. Petrus Damiani ser. 1. de Nat. B. V. tria Salomonis nomina adaptat Christo sic: filius regis, & rex; nec solum filius Dei sed etiam Deus. Salomon, id est pacificus, est nobis in hoc exilio. Ecclesiæ, id est, conlocator, erit in iudicio. Idida, id est, gloriosus, erit in regno, in exilio amabilis; in iudicio terribilis; in regno adorabilis. Cornelius hic.

Osculatur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Habet sponsum labia sua; & spona similiter. Labia sponi sunt misericordia, & veritas: labia sponæ sunt amor, & timor. Et hæc quatuor labia sibi invicem conjunguntur, nam misericordia amor conjungitur, & veritas timori. Hugo Cardin. hic.

Beris Cypri dilectus. Escaulibus myrrha. Cant. 1. 22. 13. Cur sponus tam disparatibus rebus comparatur? Uva dulcis, & pl. loto grati; myrrha autem amara, & gustu insipida. Maximalis II. Imp. ut modum ostenderet: subdit, quem in regimine observatum voluit curavi in Symbolo pingi aquilam, pede uno salmen tenentem, altera aureum coronam, cum Lem. in opportunitate utrumque q. d. probis subditis lib. valiter proxima largias, malos puniam. Sic Deus falcibus myrrha est iis, qui eum ad amaritudinem provocant &c. Pauleti D. Quinq.

R. P. Spanzer Poly. Tom. 11.

Candidus & rubicundus. Cant. 5. 10. Candidus propter misericordiam: rubicundus propter justitiam. De Ponte hic. Exh. 19. 8. 3.

Expellat Dominus ut miseretur vestri, & idem exalabitur parces vobis. Il. 30. Nec misericordia ejus præferbit justitiæ, nec justitiæ ejus auferit misericordiam: misericors, & iustus. S. August. l. 109. de temp.

Propterea expellat Dominus, ut miseretur vestri quia Deus iudicii Dominus. Il. 30. 18. Quia strictus iudicii rigor Domino est datus; ideò ab illo præmittitur amor; præmittitur misericordia, perfecti iudicii comes, & iudicii antambulatio. Baeta t. 2. l. 6. c. 3. §. 6.

Assumpsit mihi duas virgas: unam vocavi Detorem; alteram vocavi Funiculum. Zach. 11. 7. Intellige per has duas virgas, misericordiam, & justitiam. Diez conc. 2. in Com. Conf. Pont.

Ex Novo.

Vidit spiritus Dei descendentem sicut columbam. Matth. 3. 16. Super specie ignis super Apollonem. Act. 2. 3. quia, quantumvis in virtute profeceris; Dei timorem abijcere non debes. Pinna Ethol. 64.

Apparuerunt Moyses, & Elias. Matth. 17. 3. Hinc misericors, & mansuetus, Moyses; hinc severus, & iustus, Elias quia iustus Dominus, misericors. Petrus. Blesens. tr. de transf. D.

Stans oves à dextris suis, haderi autem à sinistris. Matth. 25. 33. Sedet ad dexteram, habens in dextera misericordiam, in sinistra iudicium. Est misericordiam multam nimis, & iudicium multum nimis: in dextera aquam; in sinistra ignem, immobiliter tenens. S. Bernardus l. 2. de Ascens.

Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenet eum. Matth. 26. 48. Origenes tr. 35. in Matth. Dignum est querere, cum secundum faciem nosset eum (Christus) omnibus habitantibus in Judæa; quare quasi non cognovissent effugium ejus, dedit eis signum? 3c. venit de eo talis traditio ad nos, quoniam non solum dæ formæ erant in eo; una, secundum quam eum omnes videbant; altera, secundum quam transfiguratus est coram Discipulis in montes; sed etiam univocis apparebat, secundum quod fuerat signum. Sicut & de manna scriptum est, quod habebat saporem ad omnem usum convenientem. Et verbum Dei non similiter cunctis apparet. Propter hujusmodi transfigurationes ejus signo indigebant.

Osculabatur pedes ejus. Luc. 7. 38. Fallitur, qui sic osculatur misericordie pedem, ut pedem iudicii non attendat. S. Bernardus in festo S. Magd.

Scans retro secus pedes. Ib. Pedes Domini sunt misericordia, & iudicium, quibus venit ad peccatores. Hugo Cardin. hic.

Osculabatur pedes ejus. Ib. Pedes illi misericordia, & iudicium; quorum alterum sine altero otulosi vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda. Sanct. Bernardus. In pede misericordie reperit Magdarena salutem: remittitur tibi peccata. At, post tantum beneficium acceptum, iudicium instat, nè ob ingratitude pes misericordie ipsius beneficium pondere suffocet peccatorem. Eicobar t. 5. proph. Chr. l. 1. obi. 4.

Infundens oleum & vinum. Luc. 10. 34. Oleum misericordiam, vinum justitiam. His lipatus incidit liberatus à malo. Simon. Call. l. 8. c. 39.

Fatigatus ex itinere sedebat. Joan. 4. 6. Quod Jesus sedeat, iudicariæ potestatis iudicium est; quod fatigatus ex itinere, hoc pietatem, & benignitatem ostendit; Baeta t. 2. l. 6. c. 3. §. 6.

Negue ego te condemnabo: vade, & jam amplius noli peccare. Joan. 8. 11. Vade, Christi misericordiam indicat: jam amplius noli peccare, justitiam. S. August. tom. 33. in Joann. quid est, Domine? laves ergo peccatis: non planè, sed attende, quod sequitur à vade, decemque jam noli peccare. Ergo & Dominus dimittit? sed peccatum, non hominem; nam, si peccatorum fautor esset, diceret: vade, & vive; ut vis. De mea liberatione esto securus, quantumcumque peccaveris, te ab omni pena, & jam genarum liberabo. Non hoc dixit. Pinna Ethol. 65.

Simili erat aspectus lapidis iaspidei, & sardinis. Apoc. 4. 3. Viegas, Pererius: jaspide virente significatur misericordia; sardo rubente justitia. Sylvestra hic.

Iris erat in circuitu sedis. & de throno procedebat fulgura, & voces, & tonitrua. Apoc. 4. 3. 5. Iris est Ruperto misericordiam denotabat. Octavianus in Eccle. c. 2. v. 7. Vicit leo. Apoc. 5. 6. Vici agnum stantem. v. 6. Magna est differentia inter leonem, & agnum: leo est magnus, agnus parvus. Sed si utrumque consideramus; utrumque Redemptorem nostrum comprobamus: leo malos puniendo; agnus bonos redimendo. Richardus à S. Vict. l. 2. in Apoc. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Labente ab ingenta innocentia dignitate homine, per multorum curricula temporum in Trinitatis sacrosancto Collegio, mirandum misericordia, & iusticia, invicem habuere consuetum. S. Laurent. Just. de triumpho c. 1.

Sicut per hymen rigor, & tempestas, divina iusticia ita per astatem serenitas divinae misericordiae, significatur: dies ergo astatem beneficia sunt divinae pietatis. S. Bonav. f. 3. in Epiph. D.

Sol Lem. Mortificat, & vivificat. Vel. Humiliat, & sublevar. S. Cyprianus ep. 31. Sicut respici debet divina clementia, sic & respici debet divina censura: Deus enim, ut est indulgens: ita est praeceptorum suorum exactor; & quidem diligens. Paravit caelum; sed paravit & Tartarum: paravit refrigeria; sed paravit etiam aeterna supplicia. Picinelli. Vide Bonitas Dei.

TITULUS XX.

MODESTIA.

Joseph quoque posuit manus suas super oculos tuos. Gen. 46. Oculos morientium claudere ritus antiquis inviolabilis erat. O si vivis eos claudere ad humana; ut mortui possent videre divina! Abulensis inquit: ideo mortuis claudi lumina; ne, praeter lethali frigore palpebris frigiditatis, stupidi oculi horrorem incutiant inuentibus; ideo quoque os, manus, & pedes, mortuorum componuntur. Si bona videret in iis dispositio sensuum, & membrorum; quem horrorem incutere debet, videre hominem viventem, oculis, ore, manibus, pedibus, & toto corpore, dissolutum, Alvarez Ill. 266. Scias religiose, te Mundo mortuum; & horrore esse virum mortuum, dissolutos oculos, inveras manus, & pedes incompositos, exhibere. Illam ergo charitativam tibi habe; qui silentium tibi, modestiam gravitatem, totiusque corporis honestatem, amice commendat: majus enim beneficium est viventi modestiam tradere, quam mortuo jam lumina claudere. Id. ib.

Sapientia hominis luce in vultu ejus. Eccl. 8. 1. Tripletur sapientia luce in vultu. Primo quia, ut ait. S. Hier. anima seipsum, suasque passiones, & affectus; imprimat corpori; praeteritum vultui, per naturalium Sympthiam. Secundo, quia sapientia, & virtus, non tantum animam, sed & corpus, praesertim vultum, ad omnem honestatem, & decorem, componit, facitque, ut in eo reluceat gravitas, comitas, probitas, pietas. Tertio, sapientia luce in facie: quia facit sapientem omnibus amabilem. Cornelius hic.

Modestia. S. Petri 3. 8. Angeli, ut docerent nos modestiam, sepe apparuerunt in corpore assumpto: ut in eo Angelicos mores, & modestiam exprimerent. Cornelius hic.

Ama modestiam summopere; ut divini spiritus tabernaculum efficiaris. S. Ephrem Baran. 5.

TITULUS XXI.

MORBI.

S. I.

Utiles anime.

Num. I.

Symbola, & similitudines.

Ex Veteri, & Novo.

Urgebantque Aegyptii populum de terra extra velociter dicentes: omnes moriemur. Ex. 12. 33. Mos quotidie nobis impendens; & ejus comites morbi, sapienter invitentes admovent; jamjam esse demigrandum, & tamquam Aegypti urgent Israel: qui, nisi allictus, & oppressus, non facile promissam unquam terram illam lacte, & melle, redundantem adamasset. Hieronymus Clarius l. 1. or. 7. in die Cin.

Morbi sunt multo plures lapidibus grandinis. Eccl. 10. 11. Lapidibus grandinis sunt infirmitates immissae a Domino. Et plures convertuntur ad Dominum per infirmitatem, quam per praedicationem. Hugo Card. hic.

Misit Salomon in Ophyr, ut aurum inde deferretur. 3. Reg. 10. 11. Ophyr infirmitas interpretatur. S. Rupertus l. 2. c. 30.

Universum lignum ejus versatum est in infirmitate ejus. Ps. 40. 4. q. d. ut tui, o Deus! dulcem capient somnum; ut eis tuis ipse manibus lectum componis. Quis sensum horum verborum? S. Chrysol. l. 14. Caro est, quae versatur, & versatur ipsa est ergo, quae in adversis resolvitur, in prosperis versat. Ut infirmo beneficit, & quicquid versatur, excutit, sursum, ac deorsum volvi, necesse est. S. Ambrosius l. 1. de poenit. c. 13. quod nocet corpori, adjuvat spiritum. Didacus Nyss. l. 2. in die Cin.

Habens sub me milites. Eccl. 8. 9. hoc voluit subintelligi: ut homo, qui & Deus es, passiones omnes; & uni-

versas infirmitates, habes potestati tuae; & iudicis tuis, misere licentes; & dicitis huic vade, & vadit. Dicitis, inquam huic spiritui infirmitatis, recede; & recedit: dices item alii, cum causa, & ratio, postulat, veni, & venit: ut felicit flagelletur, quem flagellari volueris. S. Rupertus c. 20. in Evang. Morbi enim funt quasi milites, & satellites tui, quos ad nutum in reos emittis; & penitentibus, ac supplicibus revocas. Cornelius hic.

Dedit illis potestatem ut curarent omnem languorem. Matth. 10. 1. Apostoli possunt dici infirmitates corporales; quas mittit Dominus quasi correctores; ut ab errore revocent homines; vel ut eos, qui boni sunt, efficiant meliores. Hugo Card. hic.

Accessit, & regit laculum. Luc. 7. 44. Quoties & tu ad inferni sepulchrum properas! misericors autem Dominus tangit manu loculum, corpus; mittendo morbum, ut retineat & ad vitam gratiae revocet. Stella hic.

Cuius filius infirmatus Capharnaum. Joann. 4. 46. Capharnaum Eusebio Emiseno id est, quod villa constantina, quasi suburbanum praedium, in quod homines relaxandi gratia secedere solent. Non sine mystico addit locum infirmitatis Joannes: nam quod majus loculum, quae voluptas amoenior; quod praedium gratius? quam lectus aegri? Didacus Nyss. D. 20. Pent. s. 3.

Quomodo infirmus robustior potest esse sano? Anima tres habet inimicos, demonem; Mundum, & carnem; corpore vero infirmo jam unus ejus inimicus occubuit. Neque caro solum vitia; sed transiitque in statione propria ad partes animae, quae jam cum duobus luctatur; nec sola, sed corpore adjuvante. Stella de cont. p. 1. c. 31.

Ex Patribus, & aliis.

Fruenti granum projectum in terram, & mortuum; cum juxta sicum lapidem pululasset, lillum ita fererit dixisse: unde tibi contrito, & mortuo & spiritus germinandi? cum ego, quando conterer, eo ipso perdo: cui granum respondit: hoc mihi est virtutis granditae contingit; quae fit, ut passio mea sit mea actio; & dum morior, revivisco. Phoenix mortua generat; & cinnaomum contritum plus inflammat. Sic infirmum membrum sine dolore tangi non patitur; & sanum; dum tangitur, delectatur. S. Cyrillus in Apol. c. 22.

Oraveram plane quam saepe, ut in me coelestis disciplinae rigor irrueret; & petulantem corporis mei insolentiam non levi languoris aegritudine castigaret. In quo me divina clementia non desepit; sed ultra spes praebitis annuens, non sine ignore, mea vota complevit. Dedit enim mihi Pentecostem lugubrem, non Pascalem; & ut ita dicam, contulit mihi Jubileum; non Sacerdotalium turbarum clangoribus intonantem; sed suspirii potius, ac gemibus lacrymabiliter obstreptentem. Dominico nimirum die fabricans in lectulum decidit; septemque transactis hebdomadibus, aequo Dominico die, qui nimirum quinquagesimus erat, Deo me resuscitante, surrexi. Dom. Petrus Dam. l. 6. ep. 19.

Non solum in mari, aut in bello; sed etiam in lecto, apparet virtus. Si ferrem es; per infirmitatis ardorem rubiginem amittis; si argentum; per ignem soliditas: si vero aurum; exercitum per ignem a magnis ad majora proveheris. S. Laurentius Just. de Patientia c. 4.

Faciunt homines sicut nautae: qui, cum sunt in mari, dum ferentem tempus est, vacant lussibus, & dissolutionibus; & Domini obliviscuntur: cum autem ingruit tempestas; tunc devotè invocant Deum; & Sanctos; & vota multa faciunt, Sic homo ferè quilibet, dum est in prosperitate, omnia mala, & ferè nulla bona facit; sed in infirmitate promittit, quidquid potest; cum autem sanatur, nihil vult solvere, quod promissit. Hugo Card. in Pf. 77.

Infirmitas expressa est imago naufragii: nam dum navis illi-
thur faxis; aut ventorum, fluctuumque, rabie procellosa concutitur; universa Mundi pretiosa vilescunt, & in perniciem transit; quidquid fuerat occasio voluptatis, Petrus Blef. ep. 150.

Pecus in luto jacens stimulis erigitur sic infirmus ad confessionem, bona opera. Brognard. Morbi.

Reges Puream, vocabant morbos nuntios caeli, quibus se dicebant ad Deos acciri. Nierenbergius l. 8. histor. n. c. 13. Morbus corporis medicina cordis. Leo, teste Solino, quartanam semper patitur, divina providentia, ut ejus ira temperetur. Elephantis aegri colliguntur herbas salubres, & antequam eos edant, erecto ad caelum capite, etiam herbas levant: & quaedam quasi religione a Deo auxilium postulant.

Multo magis homo a Deo in morbo petat ejus auxilium. Genianii l. 7. c. 66.

S. Agnes V. Ord. S. Dominici, videbatur sibi in somno post orationem Angelo de sua cella ad olivæ arborem duci, ibique calcem sibi ab eo porrigi cum his verbis: bibe sponsa Christi calcem hunc, quem Dominus JESUS etiam pro te bibit, quem illa arreptum avidè bibit. Oblata illi haec visio novies, diebus Dominicis novem continuis. Nec mul-

ed post secuta gravis, & diuturna infirmitas, quam patientissime toleravit. Bolland. 20. Aprilis.

Num. II.

Exempla Bibliæ.

Vere scio, quid non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel. 4. Reg. 5. 15. dixit Naaman Syrus. O felix lepra; quae veri Dei cognitionem in hujus viri mentem induxit! quæ si defuisset, nec ullo morbo laborasset; gentilis permanisset. Stella in Luc. 5.

In diebus illis agrotavit Ezechias 4. Reg. 20. 1. Nè de miraculo triumpho extolleretur; vel quia non cantavit Canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat; sicut Moyses, Anna, David, &c. Hugo Car. hic. Ne elevaretur cor Ezechiae post incredibiles triumphos, & de media captivitate victoriam; infirmitate corporis sui visitatur; & audit; se esse moriturum; ut convertus ad Dominum flectat sententiam ejus. S. Hieron. l. 11. in c. 38. II.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. 1. Vide, quam cito animæ sanitatem indulsit paralytico; nec mora interposita. Vidit hominem sedentem in solio, v. 9. non mox animæ sanitatem confert Matthæo; sed jubet sequi, & sensim animæ labe ponere, Quod inter utrumque discrimen; S. Chrysol. f. 30. ad paralyticum refert; ad verba valetudo mox animæ maculam eluit; at Matthæus bene valens tempore egebat, quo animum mundalet. Chrysol. paralytico dicitur: veni sequere me. hoc est, ut sequendo me, repas, quod sequendo pecuniam perdidisti Confide fili, dimituntur tibi peccata tua, quia consensuram delicta, doloribus, publicano autem dicitur: Pinna. Eth. 174.

Filius me male à demonio vexatur. Matth. 17. 22. Ut quid male? nunquid aliquid bene vexare quæpiam voluit? Minime, sua intentione dumtaxat; sed divina providentia, quæ bene malis utitur; demonum, malorum hominum voluntatibus, sunt secuta coronæ. Clamat hoc Martyrum exercitus, vexantibus demonibus; Tyrannorum terrore, & supplicis, consecratis. Hæc sua materno iudicio, male à demonio vexatur. Sic enim intentione Sathanae sed ad profectum utriusque bene vexata est: nam amba in anima liberæ; à cultu averse Gentilium, in Christi familiarum transierunt. Simon Cassi. l. 5. c. 24.

Cum infirmus, tunc patiens sum. 2. Cor. 12. 10. Vides; quia causa infirmitatis robur spiritui augeat, & subministret vires; ita è contrario novis carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. S. Bernardus f. 29.

Quæ causa fuit, quod Magdalenam ita fuit peccatrix, quod perdidit nomen; Martha vero semper fuit Virgo? gratia Dei, & tribulatio. Nam dicit Ambrosius, quod Martha fuit illa mulier Matth. 9. 10. quæ duodecim annis habuit fluxum sanguinis: quando Magdalenam cecidit in peccatum, Martha cecidit in infirmitatem; quia alias fuisset ut Magdalenam. O benedicti infirmitas! quæ facit servare castitatem. Pf. 138. 143. tribulatio & angustia, invenerunt me. quali perquirant hominem Ideo mandata tua medicatio mea est; scilicet ad servandum. Sancti Vincentius Ferrer. serm. 5. Dom. 16. Trinit.

Num. III.

Sententia Bibliæ.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Pf. 15. 4. Christus iram unquam convertit in gratiam, infirmari me volens, nè gravius infirmaret. Eram salutis meae neglector, & immemor sed desiderem, & in via Dei letescerem, infirmitatem multiplicata simulavit ad cursum; Petrus Blef. ep. 31.

Invenietis requiem animabus vestris. Matth. 11. 29. Non dicit corporibus; nam in hoc vita Lex Christi maxime quietem affert animæ. Et quia, ut ait S. Paschal. l. 6. in Matth. in praesentiarum corpora cruciantur; ut animæ à vitis requiescant. Sylvira hic.

Eccæ Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum Mundi. Joann. 1. 29. Non dicit morbos corporis, non molestia carnis; sed peccatum, quod est morbus animæ, & corruptio mentis. S. Bernardus f. de triplici Adventu.

Num. IV.

Sententia Patrum, & aliorum.

Omnis languor, & omnis infirmitas, quam sanavit Salvator tunc in populo; referuntur ad infirmitates spirituales animarum, secundum differentias passionum. Origenes tr. 4. in 17. Matth.

In dextera delicia, in sinistra medicinae sunt. S. Bernardus f. 4. in Nat. super illud: leva ejus sub capite meo. jactatum te gravi aegritudine significasti mihi, credidisse in Dominum JESUM, & jam cepisse revalescere. Ad salu-

tem igitur ea infirmitas fuit; plus aculei, quam periculi ferens: quia diu promissum remordebatur. S. Ambrosius ep. 9. ad Bellicium.

Quam multi agrotant in lecto innocentes; & si sani fuerint, procedunt ad scelera committenda. Quam multis obest sanitas! S. August. tr. 7. in Joan. 11.

Quantò quis carnis plus fessus est, tanto erit animi virtute robustior, & sapientiae complexibus aptior. Origines hom. 16. in Gen.

Corpore agrotante animabellè habet; anima floret, atque in caelum oculos habet; cum voluptates decidunt, atque una cum corpore marcescunt. S. Greg. Naz. or. 4.

Optimum medicamentum ad salvandas animas, aegritudo corporis esse comprobatur. S. Laurent. Just. l. de spir. animæ resurrecti.

Gratias tibi caeli moderator, & conditor; qui dispensatione subtili, & oculis miserendi itineribus, vias nostras, & de afflictione componis, & ad virtutem perfectam pia laceratione nos reparas. Ennodius Eucharisticæ de vita sua.

Quæris, quisquis ille es, quæ ratione infirmi sunt sancti viri? Respondeo breviter: quia ideo sancti viri infirmiores se esse faciunt: quia si fortes fuerint, sancti vix esse possunt, si infirmitatem corporis appetendam sibi etiam Apostolus putat; quis sapienter evitat? Si fortitudinem carnis Apostolus metuat; quis rationabiliter fortis esse praesumit? Legimus Timotheum 1. Tim. 5. 23. Apostolum carne infirmum fuisse; nunquid negligebatur à Domino? aut ob infirmitatem Christo placere non potuit? qui ad hoc infirmus esse voluit, ut placeret; quemque etiam ipse Apostolus Paulus, licet nimis jam in infirmitatibus laborantem, non tamen nisi pusillum vini sumere, ac de libare permittit. Hæc est, ita cum voluit infirmitati suæ consulere, quod noluit tamen ad fortitudinem pervenire. Salvianus de provid. l. 1.

Vere divinae dispositionis ordo laudabilis; quia; dum fecit, curat; dum percutit, erudit medetur; dum vulnus infligit. Ad hoc enim te venerande Pater, divina severitas corporalis molestia verberibus cinxit; ut tanquam doctilem puerum à levitate compelleret. Ideo te malleo disciplinae percussit; ut vas utile in domo domini, à caliginis sordibus, vel superduæ rubiginis squamate purgaret. Petrus Dam. l. 4. ep. 17. ad quendam Episcopum.

Morbus est occasio frequenter conversionis à malis consuetudinibus in sanitate. Unde potest dici quoddam purgatorium vite praesentis. Sic ergo patet, quod infirmitas est majus bonum, quam Sanitas. Hujusmodi echerchia solent mittere maximis amicis suis. B. Humbertus f. 92. ad infirmos in hospitalibus.

Erigit, attollitque, se animus corpore jacente. Lipsius ep. 12. Centur. 1.

S. II.

Morbi sunt loco Purgatorii.

Quia Dominum, & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Infirmitas carnis, si patienter sustineatur, est quasi purgatorium ignis. V. Beda in proverbiiis.

Exiguus dolor in morbo brevi tempore plus exolvit de penis debitis; quam ignes, & diuturnus, in purgatoribus flammis cruciatus: adeo ut arbor sebris unus dies in hac vita possit exolvere unius mensis, aut etiam anni ignem in purgatorio. Stengelius r. 4. de div. Jud. c. 31.

Nocte quadam in somnis. S. Agatha apparet dicit Monacho Cisterciensi aegro; non fit tibi onerosa infirmitas hæc: quia isti sexaginta dies reputantur tibi pro sexaginta annis Caesaris li. 4. c. 30. apud Bolland. 5. Febr.

S. III.

Morborum origo ex peccatis.

Ex Veteri, & Novo.

Quis quippe caro. Eccl. 6. 12. Ideus homo; quo peccante omnis caro dicitur corruptibile viam suam: quia propter eum omnis caro creata corrumpitur. Hugo Card. hic.

Errorunt oculos ejus. Judic. 16. 21. Congrua poena Samson privatur oculis, quia eis lascivè aspexerat, & concupierat Daliam: quæ proinde iusto Dei iudicio ejus captivitas, & coecitas fuit causa. Cornelius hic.

In diebus illis agrotavit Ezechias 4. Reg. 20. 1. Quia non cantavit canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat: sicut Moyses, Anna, &c. Hugo Card. hic. Ezechias incurrit infirmitatem propter ingratitudinem: quia post tantam victoriam Canticum gratiarum actionis non composuit sicut moris erat. S. Thom. Aqu. in c. 38. II.

Qui delinquit in conspectu ejus, quis fecit eum incidit. (Syrus, traditur) in manus medici. Eccl. 38. 15. Noctæ aptam allegoriam medicus enim comparatur tortori, vel iudici; Medicina comparatur tortura, & carnicina; aeger reo; peccata